Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



et qi mundo sanguine suo redimi. Et faciet omis caro q ego dnus
saluans te et redemptor tuus fortis iacob. II.

Hec dicit dnus Quis est iste liber repudii matris vestre quo
dimisi eam aut quis est creditor meus cui vendidi vos
ecce in iniquitatibus vestris venditi estis et in sceleribus vestris dimissus
matrem vestram q venit et non erat vir vocauit et non erat q audiret
Nunq abbreuiata est et pusilla facta est manus mea ut non possim
redimere aut non est in me uirtus ad redimendum Ecce in increpatione mea
deserta faciam mare ponam flumina in siccum putrescet pisces sui
aqua et morietur sitis Induam celos tenebris et saccum ponam operimentum
eorum Dnus dedit mi linguam eruditam ut sciam sustentare eum
q lassus est uerbo Erigit mane mane erigit mi aurem ut audiam qi
magistri. Dnus deus aperuit mi aurem ego autem non contradico retrorsum
non abij Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vel
lenitibus faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus Dnus deus
auxiliator meus et ideo non sum confusus Ideo posui faciem meam
ut petram durissimam et scio quia non confundar Iuxta est q iusti
ficet me Qui contradicit mi stemus simul Qis est aduersarius meus ac
cedat ad me. ecce dnus deus auxiliator meus Qis est q con
demnet me. ecce omes qi vestimenta conterent tinea comedet eos
Quis ex vobis timens dnum audiens vocem serui sui Qi am
bulauit in tenebris et non est lumen ei Speret in nomine dni et innitatur
super deum suum Ecce omes vos accendentes ignem accincti flammis
ambulate in lumine ignis vestri et in flammis quas succendistis. III.

Audite me q sequimini quod iusti estis et gratias dnum
Attendite ad petram unde excisi estis et ad cauernam lacus
de qua fossi estis Respicite ad abraham patrem vestrum et ad Saram
q peperit vos quia unum uocaui eum et benedixi eum et multiplicaui eum
Consolabitur ergo dnus syon et consolabitur omes ruinas eius Et
ponet desertum eius q deliciae et solitudinem eius q ortus domini
Gaudium et letitia inuenietur in ea gratiarum actio et vox laudis At
tendite ad me populus meus et tribus mea me audite q
lex a me exiet et iudicium meum in lucem populorum requiescere feci
Iustus meus egressus est saluator meus et brachia mea